



**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholden vnd
Zauberische Personen verfahren soll**

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

Titulus Primus. Wes sich der Inquisitor, oder Richter/ er sey Geistlich oder Weltlich/ bey der specialischen Inquisition, so er gegen eine Zauberische Person vornehmen wil/ zuverhalten habe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](#)

veluti secundum allegata & probata de quo dicemus infra tit. 6. quod igitur ut omni casu & studio præcaveatur, inser-
vient ea quæ in titulis subsequentibus ad legitimum processum formandum sub-
jiciemus.

TITULUS PRIMUS.

Wes sich der Inquisitor o/
der Richter / Er sey Geistlich oder Welt-
lich/ bey der specialischen Inquisition / so
er gegen ein Zauberische Person vor-
nehmen will/ zuverhalten
habe.

Somit der verständige
Richter mit guter manier
vnd ordentlichen Rechten
procedire vnd handle/vnd
nicht jederman/ darumb
allein / weil einer von bösen vnd verlognen
Leuten etwa dieser Ubelthat halber ist be-
rüchtiget worden / zur Gesengniß bringe;
ehe dann er wider solche beklagte Zauberi-
sche

22 Tit. I. Ex quib. indicis judex

sche Person was vornehme / vnd inquirire
A t ist vonnöten / dz er folgende Puncta fleissig
in acht neme / vnd sich wie es die vernunfft
vnd Billigkeit erforderet / in allem verhalte.

I. Erstlich ehe vnd bevor die speciali-
sche Inquisition , vnd Captur vorgenom-
men wird / muß solche Person / auff welche
man inquiriret / mit allein eines bösen Ge-
B rüchtes seyn / † Sondern muß auch durch
denūciationes vnd Bekentnissen der mit-
gespielten (ohn welche dieses Laster gar nicht/
oder gar selten begangen wird) neben andern
gnugsamen indicis der Obrigkeit bekant
gemacht seyn ;

II. Derohalben ist wol zu vermercken
daz ein gemein Geschrey allein / so über ein
Person ergeht / zur Probation nicht gnug/
sam sey : Dann ein Wort / so einer von dem
andern geredit hat / wird von dem gemeinen
Pößel / der solches bald glaubet / leichtlich
C auffgefangen / † Sondern dieses Geschrey
ist etwan ein indicium begangenes Lasters/
vnd kan Anleitung vnd Ursach geben über
beflagte Person / ein information wegen
dieses Lasters / von den Klägern anzuneh-
men

specialem inquisit. formare possit. 23

men / daß man aber den Beklagten / oder
Beschreyten citiren kann / werden grösser
indicia erforderl. †

D

III. Es können aber neben den bösen
Gerücht noch andere Indicia vnd Zeichen
begangenes Laster genommen werden / als
da seindt die denuntiatio oder Bekentniß
der Mitgespielen : oder da auch dieses Las-
ter unbedachtsamer weise etwan von einem
Beampten / oder sonst einer vnderdäch-
ticher vnd namhaftier Person (ob es gleich
nicht ohne Sünd / vnd durch Nachred ges-
schehe) erzehlet würde / so mögen alß dann
die inquisitores (sonderlich / wann man des
gemeinen Nutzen wegen / vnd in crimi-
bus exceptis inquirirt) darmit solches gro-
be Laster in der Gemeind mit künftigem
besorgten Schaden nicht ungestraft blei-
be / mit grösserer Sicherheit die Sach vor
die Hand nehmen. †

E

IV. Es wird einem verständigen Rich-
ter von dem Rechten erlaubet / in dem man
auff das Zauberch Laster / nicht allein we-
gen grösserer Ehren Gottes vnd der Be-
schuldigten Selen Nutzen selbst ; Son-
dern auch des gemeinen Nutzen wegen ins-

E 4

quirirt:

24 Tit. I. Ex quib. indicis iudex

quirire: im Fall sich keine Ankläger ein sol
verdächtigen Person angeben / daß er den sic
noch kan auff solche specialem inquisitio
nem informationes einnehmen / vnd pro ste
cediren / wann sie wegen dieses lasters insa
miret vnd beruchtiget ist. Jedoch sol sol A
ches gemein Gerücht nicht gering seyn/son
dern wie es bey Recht genande wird: Cla
morosa populi insinuatio , ein öffentli
ches Geschrey oder Berüchtigung des ge
meinen Pöpffels. In solchem Fall dam
der Richter durch einen geschworenen No
tarium / wegen solches Geschreys vnd In
famation der Person/ gründlichen Berich
einnehmen/ vnd erfahren/ von welchen leu
ten solches Geschrey herrühret : Dann in
Fall solcher Nahme vnd Gerücht von bö
sen nichts würdigen leuten herkam/ wehn
F nichts darauff zugeben. † Wo aber das Ge
schrey durch Zeugen rechtmässig probire
würde/ hat der Richter billiche Ursach wei
G ter zu inquiriren. † Wie wol das böse ge
schrey/ ob es schon recht probiret ist/ allein
ohn ander indicia zur Tortur noch nicht
Hgnugsam ist. † Warumb aber ein Rich
ter dieses durch einen Notarium verrichten
sol/

specialem in quisit. formare possit. 25

eine sol werden etliche Ursachen gegeben: Erst-
den sich / weilen von den Rechten den Rich-
tio fern verbotten wird / das sie durch sich selbs-
pro sten / auff einige Person information eins-
insa nehmen oder procediren / ob sie es schon mit
sol Augen gesehen / vnd in der that selbsten er-
son grissen haben. + Zum andern / weil dieses I
die Billigkeit erforderet / das neben dem
richter zwei Parteien für Gericht können/
welche eine für den Beklagten / die ander
wider ihn steht. Auch kan keiner zugleich
richter vnd Ankläger seyn. + K

In
rich
leu
i in
bo
ehn
Ge
uire
vei
ge
lein
icht
ich-
ten
fol/

V. Es machen sich auch dieselbige
verdächtig / vnd geben genugsame Ursach
zur Inquisition, welche / ehe dann etwan bei
Recht ihrer gedacht ist worden / sich selbsten
verrathen / ihre Haussätz vnd Wonun-
gen verlassen / vnd sich flüchtig machen. + L

V I. Etlich Scribenten achten das
böse Gerücht so hoch / das sie nicht gestat-
ten wollen / das man auff einen inquiriren
kan oder sol / er sey dann des Lasters wegen
insamirt vnd sehr berüchtigt / ob schon andes-
re rechtmässige indicia vnd Bekantruessen
auff ihn ergangen seind. + Wird aber in M
Gerichtsstätten nicht gehalten / vnd durch

C 5 con-

N contrariā consuetudinē vmbgestossen. N

Im Fall es sich zu eragen würde
daß man auff eines höhern Standes Per-
son inquiriren soll / müssen als dann die in I-
dicia vnd vermutungen desto volliger un-
größer seyn. Dann wie viel würdige II.
ein solche Person ist / so viel wichtiger vñ Fa-
gewissere probationes vnd Beweß müßt sic
eingegeben werden. + Jedoch werden II. auch
gemein auch geringere indicia vnd Zeicha qu-
desto hölter in etlichen Lästern bey Rech del-
angenommen / je schädlicher solche dem ge spe-
meinen Stand seind / sonderlich / wann cer-
man sich noch grossers Schadens ins füñ fui-
tig von solchem zubefahren hat. Als di ati-
seind Zauberer / Rezerey / Verrätherey ha-
P so excepta, + Vnnd ben Rechtlichen Pro-
cessen aufgenommen werden: So dann be-
sagter Calus sich zutrüge / daß man auff di-
ein Person Höhers Standes zu inquiriren sur-
gedachte wehre / mußt man beyde Theil/ sed
Dignitatem vnd Läster gegen einanda ne-
stellen / vnd hochfleißig mit reißlichem pr-
Nachsinnen erwegen / ob man gegen solchi
Person / in solchem Läster / gaugsame in-
dicia vnd Ursach hab rechtlich
zuversfahren. + NO.

Q

NOTÆ ET ADDITIO- NES AD TIT. I.

Inquirere nihil aliud est, quam infor-
mationes super delicto sumere. teste
A Claro in pract. q. 3. vers. & adverte. & qu.
ii. in prin. hinc inquisitionem definit
Farin. lib. I. de inquisit. tit. I. q. I. n. 3. quod
sit delicti informatio judicis officio &
auctoritate facta: ea vero est vel generalis,
quando judex in genere querit quis sit
delicti commissi auctor vel socius; vel
specialis, quando inquirit in personam
certam, de cuius delicto certior factus
fuit per accusationem, vel per denunci-
ationem vel alium modum. Eleganter
hanc materiam prosequitur Farin. d.
quest. I. n. 4. & seqq. ubi ut valida sit inqui-
sitione specialis plurima requisita or-
dine & ad longum recenset, quæ in
summam contraxit Delrio. lib. 5. disquis.
sect. 2. per tot. ad quos lectorem remitto,
neque enim hoc pluribus explicare opere
precium est: Competit vero & judici
Ecclesiastico & seculari de crimine Ma-
gizæ inquisitio & cognitio, cum sit hoc
crimen Mixti Fori. Delrio lib. 5. sect. 2.
pers.

vers. sexto requiritur. Paul. Chirland. cap
sortileg. q. II. n. 4. insin. confer Aen. Ro q.
bert. rerum judicat. lib. 1. c. 6. ubi habe
pulchra. Dissentit Ponzinib. de lami tu
n. 2. & 7. post. med. Bodin. de demon. lib
4. c. 1. antè med. qui hanc cognitionem
ad secularem spectare assrerunt.

Eleganter vide c. inquisitionis. c. qualiu
& quando. extra. de accusationib. ibi: ad hi
respondemus non esse pro crimine , super qu
aliqua non laborat infamia , seu clamosa in
nuatio non processerit , contra eum inquiren
dum : & ibi: sicut accusationem legitima debi
præcedere inscriptio , sic & denunciatione
charitativa monitio & inquisitionem clamor
insinuatio prævenire. Vide latè Farin.
inquisit. lib. 1. tit. 1. q. 9. per totam. ubi po
nit regulam , diffamationem præcedere
debere, sive judex inquirere velit ad pa
tis querelam & accusationem, sive etiam
ex officio , debet autem illa fama esse ve
hemens & à clamosa insinuatione pro
cedens , sepius ad aures judicis deven
ens , & quæ ortum habeat non quidem
in malevolis & maledicis, sed à prouidis &
honestis, uti eleganter ait Pontifex in d
ccv

specialem inquisit. formare possit. 29

l. cap. qualiter & quando. in prin. Farinac. d.

R. q. 9. n. 5. & 6.

C

Dictum unius facilè lequitur multitudo, ait Pontifex in cap. cum in juventute.

12. de probat. canon. & notiverlus Virgilij

Fama malū, quo non aliud velocius ullum,

Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo;

Parua motu primo mox sese tollit ad auras

Ingreditur q; solo, & caput inter nubila cōdit.

Conter Farin: de indic. & tort. quæst.

47. n. 7. ubi in genere de Fama plurima dicta ex Auctoribus sacris & prophanicis refert, quæ tamen cum mica talis accipete & de Famâ incertâ seu rumore intelligere oportet. Vide infrà in decis: quæst: 11. & Minsing. 5. obs. 46. n. 7.

D

Soal Fama nullis alijs adminiculis suffulta non sufficit ad capturā, q; valde notwithstanding, de quo rāmen vide omniō quæ fusiō docemus infrà in decisione quæfionis 11. sufficit verò ad inquirendum, quod idem adstruit Delrio. lib. 5. disquis. sect. 3. ubi §. ad assumendas. ita inquit: ad assumendas ex officio informationes super delicto sufficiunt indicia levia; sed ad transmitendam reo inquisitionem, sive ad eum citandum

36 Tit. I. Ex quib. indiciis iudex
dum pro delicto, necessaria sunt indicia gravia.
Quoad capturam, si fiat tantū, ne reus fugiat,
interea dum sit inquisitio, sufficiunt levia indi-
cia: si verò fiat ut specialiter contrà eum proce-
datur, necessaria sunt gravia. Ita quidem
Delrio, contra quem tamen existimave-
tim, etiam illo casu, si capture tantum
fieri deberet, ne reus fugeret, necessaria
esse indicia gravia, quæ judicis animum
ad inquirendum permoveant, nimirum
in crimen beneficii, ob quod quicunqu
suspectus sit ac capitetur non sine perpe-
tuâ notâ ac probro rursus dimitti poterit
& si alias, certè in hoc crimen, capture
damnum fuerit irreparabile, quæ hoc
casu existimationem hominis illas lam
esse non patitur, eundem si non juris, tal-
tem facti infamiam aggravantem. Paul. de
Castr. in l. 4. §. condemnatum. de re iudic.
Jod. Damhoud. in Enchirid. rer. crim. in
tit. de citat. reali. sive capt. n. 7. Itaque Ju-
dici hæc maxima erit: omni & quocun-
que casu in crimen Magiæ ad capturam
necessaria fore indicia gravia: quod vel
única confirmat hæc ratio, quod captis
nimirum mulieribus maleficij delatis si
quidem

Specialem in quisit. formare possit. 31

quidem exinde nulla deprehendantur
indicia ad torturam legitimè sufficiētia;
ideoque carcer relaxetur: eadem non
solum ad nocendum magis irritentur, ac
ad graviora quævis animentur; instigan-
te generis humani hoste Satanā: Sed
etiam reliquæ ejusdem farinæ crimi-
nisque consciæ Vetulæ, istiusmo-
di exemplo multò in dies ad beneficia
propensiores, atque ad scelera perpetrā-
da tum securiores, tum alacriores fiant;
impunitatem malorum quasi præsagi-
entes. Circumspetum igitur, & infor-
matum prius esse judicem oportet, quā
criminis suspectos vel incareret, vel tor-
queat; cum in criminalibus & vitæ, &
famæ periculum vertatur, Gand. intit. de
præsumpt. & indic. allegans l. singuli. C. de
probat. Auth. ut jud. sine quoq; suffrag. §. co-
gitatio. l. addictos. C. de appellat. l. ubi. C. defal-
sis. l. i. ff. de requirend. Reis. Hinc jure fit,
ut Judices, & officiarii, homines inde-
bito modo carceri mancipantes, Syndi-
catū teneantur; potissimum vero ad ex-
pensarum, damnorumquè refusionem,
ac compensationem; sic tradit post alios

Mon-

32 Tit. 1. Ex quib. indicis judex
Monticell. in praxi crimin. reg. 12. de capi-
teti: si judex, *inquiens*, extra calus in iuriis
expreslos aliquem capi, & carcerari se-
cerit, tenebitur actione injuriarum, qua
injuria & stimabitur ipsius injuriati, cum
taxatione judicis, iureiurando, le potiu-
selle tantum perdidisse, quam pallum
fuisse illam iniuriam iniustæ carceratio-
nis, per Thom. Ferrat. in *cant.* 14. G.
& Bald. in *l. injuriarum. ff. de injuriis. Socin.*
cons. 146. vol. ult. Item per constit. crim.
art. 61. in verb. peinlich eingezbracht / mi-
ßarter befraget / &c. ubi § final. subsequi-
tur, *Straff vnd Abirag leyden: Vnd mo-*
*gen darumben vor ihrem nechsten ordent-*lichen* Obergericht gerechtsertiget werden*

E Vide Menoc. lib. 1. de *præsumt.* q. 88.
21. *in fin.* Navarr. rubr. de *judic.* n. 87. Leib.
lib. 2. dub. 15. n. 125. Binsfeld. de *confess. m-*
lefic. concl. 6. dub. 1. & seqq. & quæ dicantur
intrà in decisione qq. 7. 8. 9. & 10. ut
fusè ostendam, quatenus denuntiatio-
nes complicum ad inquisitionem, ad cap-
tituram & etiam ad torturam faciant iudicium:
Quod verò hic dicitur ob Fam.
contra aliquem inquire posse, ac si ad il-
la

lam denuntiatio unius complicis, aut officialium iustitiae ; sive aliorum qui rerum gestarum consci sunt, relatio accedit, capturæ locum fieri, hoc intelligendum est de Fama quæ ante inquisitionem ortum habuerit & personis illis quæ ante eisdem denunciationes criminis hujus infamia laborarint : nā si quæ primum post denunciationes sagarum factas, perversa loquacitate officialium aliquis modis in publicum editas, infamia aspersæ tuerint, ut sanè fieri non nunquam videmus ; ea Fama denunciationibus momentum addere nullum potest, ut pote ab ipsis denuntiationib. causata, cuius famæ proinde etiam in judicio ratio nulla habenda est : nihilominus ipsis denuntiationibus complicum, etiam contra personas alioqui bona & integræ famæ in hoc crimine naturâ suâ occulto ad effectum vel torturæ vel capturæ, suo modo creditur. Vide infra decisionem dictæ questionis. 10.

Vide quæ dixi præcedente lit. b. con- F.
fer D. Thom. 2. secunda. quest. 67. a. 3. ad.
2. Navarr. rubr, de jud. n. 82. Fatinc. d. q. 9.

D. plr.

per totam & quæ dixi infrà in decis. quæst. 11.
adde etiam Simanc. Cathol. instit. tit. 55. n.
7. Minsinger. cent. 5. obs. 46. Cajetan. 22.
q. 69. a. 1. ubi inquit : infamia vocatur
non frequens vox dyscolorum , sed fre-
quens vox talis , ut apud probos & pro-
vidos viros reddatur persona de criminis
rationabiliter suspecta . Ut itaq; Fama
sit idonea pro indicio , debet esse solida ,
non levis , non vaga aut varia , aut decre-
scens , aut contraria , sed constans , cre-
scens , & uniformis , ac eadem in toto
populo . Quæ requisita tradit & expli-
cat eleganter ac latè Farinac. de judic. o-
tior. quæst. 47. n. 163. & multis seqq. ubi ei-
jam num. 161. docet , famam etiam legi-
timam esse , quæ originem traxerit à mu-
lieribus , nimirum quando factum aut cri-
men amplius vel æquè fœminas tan-
git . V. G. de maleficio abortus , vel steri-
litis , vel infanticidio & similibus , atq;
ideò in strigarum delictis potest fama
originem ducere à fœminis æquè ac vi-
ris , cum hoc de crimine melius vel æquè
perspectum sit fœminis , cum teste ex-
perientiâ plures fœmineq; quam viri cum

Diabo

specialem inquisit. formare possit. 35

Diabolo paciscantur & maleficia dilcāt,
cujus rationem dant Binsfeld. *in rubric.*
Cod. de malefic. & *mathemat.* notab. 8. Ja-
cob. Simanca. *de Cathol. institut.* 37. n. 3.
Paul. Grilland. *tractac. de sortilegiis. quest.*
7. n. 31. ad quos lectorem remitto.

Famam exactè probare quam ne G
cessarium, tām rarum est in judiciis; adeò
ut *Grammaticus Senator Neapolitanus*
scripserit, se nunquam vidisse processū,
in quo repererit famam publicam legi-
timē fuisse probatam, referente Farina-
cio d. quest. 47. num. 207. quod & *Iulus*
Clarus & alii egregii partim *Judices*, par-
tim *Advocati* asseruerunt. testante eo-
dem Farin. d. num. 207.

Quare cū in nostra materia, ple-
rumq; contra sagas & striges ex famæ in-
dicio procedatur, pergam eos juvare;
quibus deest larga suppellex libraria, vel
ocium ingentia illa volumina *Farinacii*,
Bossii, *Mascardi* & aliorum percurrendis.

Ad famam requiritur probandam
1. ut testes ad minus sint duo, nee sufficit
unus omni exceptione major: Sed ad mi-
nimum duō esse debent spectatꝝ, inte-

D 2 graz

36 Tit. I. Ex quib. indicis iudicē
græ & optimæ opinionis & fidei : atque
id ipsum , quod sint tales , articulandum
& probandum esse *in processu* , juri com-
muni magis consentaneum est , quando
scilicet agitur *ad inquisitionem particula-*
rem vel torturam , imò non benè faciunt
judices , qui communiter hoc solent præ-
termittere , licet aliquos pro se habeant
Dd. revera enim fundamenta istorum
quod unusquisq; præsumatur idoneus &
omni exceptione major testis , in re tan-
ti momenti , leviusculum est . V. eleg. Fan-
nac. 4. crim. q. n. 201. & 211.

2. Requiritur , ut etiam non inter-
rogati testes de fama , exprimant causas ,
indicia , & coniecturas , quibus orta est fa-
ma , nec sufficeret , quod dicant se audisse
a multis , vel publice , vel ita esse pnbli-
cam famam : nisi & causas , & illa alia ad-
derent : quibus additis sufficeret dicere
se ita audisse publicè dici V. Minsing
6. obseru. 46 n. 2.

3. Requiritur , ut testis sciat saltem
rudi Minerva describere (non enim o-
pus est exacta definitione , quam vi-
Juristæ & Advocati possunt dare) quid

specialem inquisit. formare possit. 37

37

sit fama , de qua deponit : saltem sic , ut
appareat judici eum satis intelligere;
quare rejici deberet , qui diceret se ne-
scire Clar. §. fin. q. 6. n. 18 , vel diceret esse
id quod per plures personas dicitur , vel
quod per istum vel illum dicitur , Mass-
card. de probat. conc. 749. n. 36.

4. Requiritur, ut debeant exprimi
autores, à quibus fama est orta: & qui-
dem probabilius est id obtainere, etiam
si interrogati de hoc non forent: & 'quod
nominati debeant esse alij, quam con-
testes; nec sufficeret dicere, se audivisse
à maiori parte populi, si poste à diceret
se non recordari, à quibus, nec ullos
posset nominare: nam si aliquos nomi-
naret, & diceret se reliquorum non tene-
re nomina, hoc sufficeret: immò si fama
foret orta ex probabilibus conjecturis &
causis, hoc requisitum cessaret. multis vi-
de Farinac. d. q. 47. n. 228. & seqq.

5. Requiritur ut dicāt, se audivisse à ma-
jori populi parte, vel ita dici à majori po-
puli parte (si addāt illius civitatis, vel etiā
si id non addant, quia satis hoc intelli-
gitur) à majori (inquam) parte populi id

Tit. I. Ex quibus indiciis iudex
publice dicentis , vel privatim : nec ne-
cessitatem est addi , & ita majorē populi partē
sentire: sufficit et si dicant , se audisse sic
dici per totā civitatē: non sufficeret si di-
cant se audisse , à mille personis , vel à di-
versis personis , vel à multis personis , vel à
plurib. & plurib. personis , quia nihil isto-
rum significat majorem partem popu-
li : Sed quid si dicant se ita *audiuisse pub-*
licè dici. vel ita esse publicam vocem , leu-
famam ? tunc distinguendum : nam in
criminalibus quando agitur duntaxat
ad habendam semiplenam probationē
(v.g. ad torturam) hoc sufficeret , quan-
dò testes simul adducerent causas & con-
jecturas verisimiles , unde orta esset fa-
ma : in civilibus vero hoc non suffice-
ret : & sic conciliat Baldi & Bartoli con-
trarias opiniones. Prosper Farinacius
insignis ICtus d. q. 47. num. 259. cum seqq.

Sextò Requirunt nonnulli , plu-
res hos testes non esse singulares : sed ve-
rius est , hoc non requiri , & famam sive
bonam sive malam posse probari per
testes singulares , dummodo non sint con-
testes in specie famæ irrogatae. Clar. S. fin.
d. q. 6. n. 14. 7. Fa

7. Fama probatur per decem testes, etiam si non sint uniformes, dummodo causas & autores famæ benè exprimāt, & alias sint testes habiles: tamen non sufficient ad torturam, nisi concurrent alia adminicula de quò fuse Farinac. d. q. 47. n. 265. & 304. apud quem videbis multa dignissima observatu, & quæ præter dicta ad probationem famæ in specie requirantur. Hæc tamen præcipue referre volui, quoniam illustrant interrogatoria, quæ super probandâ famâ publicê formavimus infrà in decis. quest. II.

Si ad malam famam legitimè probatam accedant alia adminicula, sufficiet ad torturam sive sit persona vilis, sive non, & sive sit delictum difficilis probationis sive non: Clarus. quest. 21 v. Fama sola. Farinac. quest. crim. 23. n. 22. & quest. 47. n. 205. Delrio. lib. 5. sect. 3. verf. mala fama ingenere. Bertaz. consil. 213. n. 3. l. 1. ubi ait quod non est dubium mas lam famam, junctam cum aliquo indicio facere indicium ad torturam: Ergo sine alio indicio sine dubio non sufficit ad

D 4 torquen-

40 Tit. I. Ex quib. indicis iudex
torquendum. Menoch. de presumt. lib. I.
quest. 89. n. 133. in fin. Quocircâ Dd. qui
quoad personam vilem, & in delictis quæ
sunt difficilis probationis, putant non
requiri ad torturam alia indicia, præter
famam malam, dummodo mala fama sit
in eodem delicti genere, de quo quis in-
quiritur, sœui nimis sunt & adferunt non
admodum consentanea juri: Quos eo
nomine Farinacius. d. quest. 47, n. 26.
meritò reprehendit, & ideo nec in male-
ficij quidem criminē tametsi obscuro &
difficilis probationis, putarim judicem
absoluendum, qui hanc crudelitatem
amplectetur: cum Delrio. d. lib. 5. sect.
3. vers. mala fama.

I Arg. Deut. 17. Jul. Clar. lib. 5. sent. 5.
§ fin. q. 8. n. 5. Less. l. 2. c. 29. dub. II. Couarr.
1. var. resol. c. 1. ubi docet non debere Ju-
dicem nec teneri sententiam dicere ex
his quæ privatim cognoverit, sed ex his
quæ ut iudex ex processu perceperit: Fr.
Aretin. in pract. crim. p. 1. c. 15.

K Per jura vulgata. c. multi. 2. q. 1. L. un.
C. ne quis in sua caus. jud. Hinc apparet ille-
gitimum procedendi modum esse si per
solos

specialem inquisit. formare possit. 41

solos officiales iustitiæ, advocatum sibi
p̄der den Landfiscali / inquisitio peraga-
tur, quem tamen modum in locis vici-
nis cum innocentum periculo servatum
fuisse scio,

De indicio Fugæ latè Farinac, qu.
crim. 48. per totam. Mascard. deprobat. lib.
2. conclus. 819. & lib. 1. concl. 531. qui hanc
constituunt regulam, quod fuga contrà
fugientem gignit ordinariè suspicionem
& præsumptionem non levem delicti cō-
missi, non tamen sola, sine adminiculo
alio facit semiplenam probationē: qua-
re neq; sufficit sola ad torturam, quic-
quid multi in contrarium dixerint. Vi-
de Farinac. & Mascard. dd. locis. Fugi-
entem autem hic intelligo etiam illum
qui occultè latitet in civitate aut loca
ubi habitat, vel etiam fugerit per loca
invia & insolita, puta per saltus aut ne-
mora, quæ non sunt in transitu. Hæc ta-
men regula procedit in fugiente qui fu-
git ubi in genere intellexerit inquisitio-
nem in criminè veneficii debere institui
& ita antequam citatus fuerit aut ei por-
recta accusatio, hoc enim casu aperte

D 5 colli-

42 Tit. I. Ex quib. indicis iudex
colligitur, quod fuga causatur ex propria
criminis conscientia; unde si quis for-
matâ & institutâ contra se inquisitione
seu porrectâ accusatione fugerit, magis
ob timorem molestiarum & vexationū,
quæ ex incarceratione & accusatione
proficiuntur, & quos non omnes sub-
ire volunt, etiam quod innocentes sint,
auffugile videtur. Farinac. d. quest. 48.
num. 27. Mascard. d. conclus. 819. num. 13.
adde Sà. verb. iudex de modo procedendi.
Jul. Clar. quest. 21. §. fin. versic. fuga. Delr.
d. libr. 5. sect. 3. versic. quintum est indi-
cium.

M Quia suprà in §. 1. lit. b. diximus,
diffamationem seu famam inquisitione
debere præcedere, hinc magna difficul-
tas oritur, an semper necessarium sit Fa-
mam præcedere, etiam quādo alia sup-
petunt indicia? De qua quæstione vide-
bis Farinac. quest. 9. num. 20. Delr. d.
lib. 5. sect. 2. versic. quinto requiritur diffa-
matio: cum quibus existimarem suffice-
cere quoad inquirendum in crimen ve-
neficii excepto; si vel nominatio reorū
vel alia adsint indicia, quod & tradunt
Clar.

specialem inquisit. formare possit. 43

Clar. §. fin. quæst. 21. num. 5. Grammat.
consil. 21. num. 7. Marsil. consil. 15. num. 5.
& 6. & consil. 28. n. 16. quos laudat ac se-
quitur Delrio. d. lib. 5. in append. 2. quæst.
7. conclus. 1. sed si alia indicia sufficientia
desunt, tunc diffamatio est necessaria,
nimirum in inquisitione speciali; & si judex
procedit ad partis querelam atq; accusa-
tionem: Quomodo Delrio. d. sect. 2 di-
stinguendo inter inquisitionem specia-
lem & generalem formatam ex mero ju-
dicis officio, contrarias sententias vo-
luit conciliare, ut quoad illam, si de-
fint alia indicia, opus sit diffamatio,
quoad hanc verò non videri necessa-
rium ut præcedat diffamatio: atque ita
practicari solere testis est Clarus. pract.
crim. quæst. 6. vers. præterea scias. & eleg.
Farinac. d. quæst. 9. num. 18. ubi aliud esse
dicit in inquisitione speciali, ea scilicet quæ
fit contra aliquam certam personam ad
quam nullatenus judex devenire potest,
nisi fama præcedente; secus autem in in-
quisitione generali, quando scilicet judex
informationes in genere assumit, quis

comi

44 Tit. I. Ex quib. indicis *judex*
comiiserit delictum, ad hanc enim ge-
neralem delicti informationum assu-
mitionem, quæ nihil aliud est quam inqui-
sitione, *judex* etiam nulla præcedere fa-
ma tutè devenire poterit; Ubi tamen a-
lia indicia sufficientia ad inquisitionem
specialem adiunt, diffamazione, uti ex
Delrio diximus, non est opus, præterim
in criminе veneficii quod quia occultissi-
mum & Lectorum maxima vaſtrities,
rarius etiam diffamatio inquisitionem
aut denuntiationem præcedere solet.

N Et ergo licet de jure verū non foret,
quod jam dictum *precedente lit. m.* atta-
men de consuetudine & usu judiciorum
solemnitas diffamationis ab aula recessit,
attestante Claro d. q. 6. vers *præterea ſciat*,
ac quamvis Roland. in *consil. 57. n. 26.*
vol 4. dicat, quod licet testimonium Clari
ſit magnum, tamen hoc caſu eſſe ſperne-
dū, quia omnes Dd. tam antiqui quam mo-
derni cōcludunt, & exclamat in inqui-
ſitione famā debere præcedere, & totus
mundus ſequitur, quod inquisitio non
præcedente diffamatione facta nulla &
invalida ſit; optime tamen *Clarum* defen-
dit

Specialem inquisit. formare possit. 45

dit & explicat Farinacius d. quæst. 9. n. 21.
nimis Clarum hoc velle & dicere, quod
in modo & in practica, qua hodie utun-
tur Judices in inquirendo, Fama nō pre-
cedit, quia commisso delicto non inci-
piunt à speciali inquisitione contrà ali-
quem, quæ juxta Dd: cōmūniter Fama
præcedere debet sed à generali in forma-
tionum assūtione, quis scilicet illud de-
lictum commiserit; in qua generali in-
formatione & inquisitione, ut aliqua fa-
ma præcedat, non fore necessarium ijdē
Dd. communiter fatentur. Et ergo Cla-
rus benèdit, de consuetudine & hodi-
erna practica solenitatem diffamatiōnis
recessisse ab aula. Quomodo hodie teste
Claro, Farinacio & Delrio dictis locis, potest
Judex etiā in crīmine Magiæ procedere
per speciale inquisitionē contrà certam per-
sonam non attentā diffamatiōne, si eius
loco ad sint īdicia alia & præsumtiones;
Evidē fateor etiam pro ut alijs crimi-
nibus non præcedente diffamatiōne po-
test Judex ex mero suo officio generalē
inquisitionem formare, & commisso ali-
quod delicto, V. G. homicidio furto vel
(quod exempli loco ponit ipse Farin. d.q.

9. n. 21. in fin.) generaliter inquirere quis illud delictum cōmiserit? & tunc citatos vicinos aliosve ad testimonium vocatos ingenere primum interrogare, an sciant quis commiserit, si negent, an sciant aliquem diffamatum de delicto illo commisso? et si aliquem hujusmodi testes nominent, suæq; nominationi ac testimoniio probabilem causam adferat aut certa quædam indicia adiiciant, tunc contrà hunc specialem institui posse inquisitionē, ubi tū indicia illa sunt loco diffamationis, Farinac. d. quest. 9. num. 20. quā si sufficiant ad capturam, capitur nominatus, si capi non potest citatur ad comparendum, si non comparet, in contumaciam bannitur. eleg Farinac. d. quest. num. 21. Ita quoq; modo non absimili potest iudex in crimen Magiæ non attentâ diffamatione ex mero officio generali inquisitionē instituere & ob criminis hujus, proh dolor, frequentiam informationes assumere & in genere quodam testes veluti seniores de populo interrogare, per diffamationem neminem nominando, an sciant contrà quas per-

sonas

specialem inquisit. firmare posse. 47

sonas de illo delicto Fama laboret, & si di-
cūt aliquem diffamatū tunc cōtrā illum
specialiter inquirendo ad citationem vel
capturam juxta indiciorum qualitatem
rectē proceditur *Clarus, Farinaç. & Delrio.*
dictus locis. atq; generalis eiusmodi inqui-
sitio hodiē pluribus in locis instituitur,
quæ & expedit, quod , uti antē diximus,
crimen beneficii occultissimum & La-
miarum maxima vafrties sit , unde ra-
rius inquisitionē diffamatio præcede-
re solet. Cœterū si institutā inquisitione
generalī unus testis aliquem nominet
ac sua voce gravet , an sufficiet in hoc
crimine unus ille testis ad inquisitionem
particularem instituendam, etiam si tor-
tē sit aliàs inhabilis ? de quo videbis Clar-
rum d. quest. 21. num. 2. Delrium d. lib. 5.
sect. 3. versic. sed nunc veniamus. qui hoc
affirmant, & dicunt das ein Zeug gnug
sey de Richter zur specialischen inquisition
vnd information, gegen eine Person ein zu-
nehmen.

Elegāter de prælatis & alijs in digni- O
tate constitutis, rescribitur in cap. qualiter
24. de accusat. quod hi quasi signum sunt
posit

positi ad lagittam, quia non possunt omnibus placere ; cum ex officio teneantur arguere & increpare, frequenter odium multorum incurruunt & insidias patiuntur. Hinc cum agitur de excellentia aut praeminentia inter egregias personas, desideratur testes quindecim. Vasquius part. i. illustr. controvers. cap. 14. n. 3. Sub diaconus, acolitus, lector, exorcista hostiarius, non damnabuntur paucioribus, quam septem testibus, c. presul. 2. q. 5. Diaconus Card. urbis Romæ non -damnabitur paucioribus, quam 27. testibus. Presbiter autem Cardini, non paucioribus, quam sexaginta quatuor testibus damnabitur. Et Episcopus non paucioribus quam septuaginta duobus testibus removebitur, ita ait d. c. presul. Ratione omnium eorum ea est, quod probatio testimoniū, non certitudinem, sed tantum verisimilitudinem inducit (ut ostendit Vasq. d. c. 14. n. 2.) & cum dignitas personarum supradictarum inducat per ceterarium magnam verisimilitudinem inculpata vitæ, sicque adversis frontibus inter se pugnant hæ presumtiones, ut ve-

Specialem inquisit. formare possit. 49

risimilitudo & præsumptio , quæ ex testimoniis depositionibus & testimentijs oriuntur , vincere possit , magnum numerum eorum quasi militum ad vindicandam hanè pugnam exigimus , Ait Vasquius : *d. loco.* Atq; hinc etiam sit , licet regulariter & ad minimū triūm complicum denuntiationes , si non ad sint alia indicia vel adminicula , ad effectū capture torturæ reuirantur , de quo vide infrā decisionem *quest. 7. 8. 9. & seq.* non tamen semper tot denuntiationes sufficerint , si tanta sit vis bonæ famæ propter magnā personarū inæqualitatem ; V. G. si Princeps denuntietur à suis subditis , nobilis aut Doctor à viliore persona , etenim tunc trium aut etiam plurium infamium denuntiationibus ipsa adhuc bona fama præponderat : Quare his casibus tot denuntiationes reuireretur , quot possent præponderare . Sic cum Valentia & Binsfeldio docet Delrio . lib. 5. in append. 2. *quest. 5.* Itaq; pro circumstantia perfoniarum & plures denuntiationes requiruntur , & fortiora ac certiora esse debet indicia

E

Quæ

50 Tit. I. Ex quib. indicis judex

P Quæ sint crimina excepta, & an
dicantur excepta tantum respectu pœ
næ gravioris, & non etiam respectu
processus & ordinis judiciarii? id late
tractavi infra in decisione quest. 16. quo
lectorem remitto & ad quest. 20. ubi de
cidi affirmativè questionem quæ etiam
hic proponitur: an leviora indicia suffi
cient vel ad capturam vel torturam in
criminibus exceptis? Nimirum in hi
criminibus magis expedit Reipubl. le
viora admitti indicia, cum sint occultio
ra & difficilioris probationis crimina,
digniora quæ citius & gravius punian
tur. Idem responderunt Dd. Patavini a
pud M. Anton. Peregrinum *consil.* 2.
Sagis. num. 101. & seqq. Ingolstadienes &
Friburgenses, teste Delrio. *d. lib. 5. in a
pend. 2. quest. 20.* Neq; tamen hinc ins
iras, quasi ita liceat ex insufficientibus in
dicis aliquem torquere, quod foret co
tra omnia jura & æquitatem, dicent
Farinac. *quest. 37. num. 90.* sed intelliga
levia indicia hic vocari non secundun
se aut absolute loquendo, sed comparata
& respectu eorum quæ in criminibus n

exc

specialem inquisit. formare possit. si
exceptis requiruntur, quorum compa-
ratione sunt leviora, ut semper tamen si
ex his judex ad torturam procedat, quo-
ad excepta criminis sufficientia iudicia
habuisse videatur. Quae vero iudicia le-
viora ad torturam sufficiente? Dic cum
Claro §. fin. q. 64. num. 13. **Menoch.** de
arbitrar. casu. 270. num. 3. & casu. 474. n.
I. & 47. certam de his doctrinam tradi-
non posse, & ideo Judicis esse arbitrari
qua sibi censeat sufficere. Vide infra di-
ctam decisionem: quest. 19. in fin.

Vide Nauarr. lib. 4. consil. §. de accu. Q.
sat. Et generaliter quoad personas bona
famæ si quæ fortè à pluribus locis infa-
mibus denuntiatæ fuerint, hoc tenen-
dum: judicem debere hoc casu sedulò
perpendere ponderare ac arbitrari, an
bonæ famæ indicium tollat & elidat de-
nuntiationes complicum aliacq; inditias,
vel è contra; de quo videbis Delrium. d.
l. §. in append. 2. q. §. & quæ infra dicemus
in decisione q. 9. Hic referam quæ de tali
concurso bona famæ & nominationum
complicum quidam JC. quodā de hac re
discursu edito, consuluit: **Bey mir / ait,**

E 2

Hat es

52 Tit. I. Ex quib. indicis iudex
hat es keinen Zweifel / d; dass bona fam
vnd dahero rührende Entschuldigung
wichtiger / vnd grösser sein / als die besagun
vnd daraus erschöpfster argwon: Und
gleich schon einiger Zweifel vorsallen soll
wil ich doch lieber ad benigniore partem
mich begeben / dan ad severiorum & in
quiorem. Sinistræ enim suspiciones ,
conjecturæ , quæ contra suspectas muli
ties adducuntur , per alias benigniore
quæ præsumptionem bonæ vite , & in
nocentia inducunt , quodammodo e
dunrur ; secund Petr. Foller Neap. in
prax. crim. in 1. part. 2. part. in. veri. da
ter capitula , quod suffocavit ux
49. 50. 51. cum ibi alleg: jur: E: in dubiis
semper benignior sententia capientur.
l. semper in dubiis. ff. de reg. jur. & I. C. M.
cellus, in l. ea quæ in fin. in redubia, in qua
benigniorēm interpretationē sequi, no
minus justius est , quam tutius. ff. et
Quod maximè obtinet in causis pœn
libus; text. in c. in pœnis. ext. eod. l. si preses.
l. pen. ff. de pœnis. Sic Adrian. Imp. in la
sentem. in pr. ff. eod. rescripsit, sancti
esse , impunitum relinqu facinus no

specialem inquisit. formare possit. 53

centis, quam condemnari innocentem.
Et secundum Paul. Castr. consil. 299. in
fin. tib. 2. & Aym. Cravet. consil. 205. num.
23. majorem laudem meretur judex, si
absolvat, quam si condemnet. Hæc ille;
à quo non longè abit Tannerus *in tract.*
Theologico de processu adversus Sagas; Non
dubito *inquit* prudentem judicem in hāc
sententiam facile inductum iri, ut solas
denuntiationes strigum, quantumvis
multiplicatas, sine omnibus aliis indiciis
& administriculis, ad capiendas & torquē-
das personas alioqui bonæ & integræ fa-
mæ nō arbitretur sufficere: Et cum alio-
quin judex in dubio mitiorem partem
sequi, & reo potius, quam actori favere
debeat, & *juxta regulam 30. juris. in 6. de reg. juris.* In obscuris minimum sit sequē-
dum, & *reg. 49.* In pœnis benignior sit
interpretatio facienda: nulla causa est
cur Judices non potius in hanc, quam
oppositam sententiam inclinent; consi-
derando potissimum, quod etsi opposita
sententia zelo justitiae & boni commu-
nis ferri videatur: tamen spectatis rerum
circumstantiis, & spes illa publici com-

E 3 modi

54 Tit. I. Ex quibus indicis iudex
modi non admodum sit magna: contra
verò periculum innocentum p̄t̄sens ac
certum ex oppositæ sententiæ praxi se-
qui videatur, Ita Tannerus: Sanè dice-
rem, in dubio & si hæreat Judex, in ani-
mo suo incertus, quodnam certius in in-
dividuo sit indicium, bonæ famæ an de-
nuntiationis plurium? ut tunc initio rem
partem sequatur, & propter bonam
famam Reo potius faveat, ita tamen
ut si illi videantur urgentiores & firmio-
res complicum denuntiationes, officio
suo fungatur atq; procedat ad torturam,
saltem leniore, de quo plurib. dicam *ad tit.*
sequētem. 2. & intra in decisione q. 9. Sic
Iudex nec dūrius nec remissius decernit
quam res postulat, quando justis ratio-
nibus moveri se arbitratur. Neq; sicut
me decet de adversa parte suspicari eos
misericordiæ laudem ambire, ita nec il-
los decet Iudicem t̄e prioris ac iniquio-
ris sententiæ hoc casu insimulare. Evidē-
fateor satius esse nocētis facinus relinqui
impunitum, quam innocentem dam-
nari, sed non agimus de damnando ullo
ex indicijs, sed de torquendo, & quidem
ex in-

specialem inquisit. formare posst. 55
ex indiciis valde moventibus Iudicem,
nec verò innocens Iudici censendus est,
contra quem aliqua sunt indicia. Neq;
unquam crudelis est, qui remediis per-
missis, licet in speciem durioribus, ægrū
Reipubl. corpus sanaturus, putrida &
noxia membra præscindit.

C O N C L U S I O.

Ex his igitur constat, quod male faciunt Iu-
dices, qui nullis indiciis præcedentibus spe-
ciales Inquisitiones contrà aliquem de venefi-
cio formant, quos ideo graviter reprehendit
Clarus lib. 5. sent. 5. ult. q. 20. n. & seq. Equi-
dem Iudex ex officio ad horrendum hoc crimen
puniendum tenetur inquirere. Clarus. d. 5.
ult. q. 5. n. 1. & seq. Gomez. tom. 3. var. reso-
lut. c. 1. n. 49. & seq. Petr. Heig. quæst. 39. n.
5. & seqq. part. 1. attamen ad id non temerè
prosilire debet, sicut iam suprà post præloquium
monuimus; Indicia autem quæ Iudici viam
particulariter inquirendi de veneficio contra
aliquem aperiunt, sunt. 1. Fama mala seu
diffamatio. Debet autem hæc fama primò
esse orta à fide dignis, & non malevolis perso-

E 4 nis,

36 Tit. I. Ex quibus indicis iudex
nis, vel futilibus (quid si fuerit orta à complici-
bus atq; ita non à personis honestis & fide dig-
nis? Vide de hoc egregie Farinac. q. 47. n. 160.
& Delrium. lib. 5. sect. 3. versic. nam fama
vehemens.) debet esse vehemens & quasi
procedens ex ore partis populi majoris: debet
de ea constare per testes saltem duos omni exce-
ptione maiores particulariter super famam rece-
ptas & examinatos. eleg. Farinac. quæst. 47.
n. 211. Confer quæ ante dicta sunt ad lit. g &
Delrium lib. 5. disquit. Magic. sect. 2. verl.
Quinto requiritur diffamatio. Non vero
requiritur Fama, si ejus loco adsint alia indicia,
veluti 2. Nominatio unius socii, de qua vi-
de qua dicimus infrà in decit. quæst. 7. per
totam. adde præter antè citatos Petr. Hei-
gium. d. part. 1. quæst. 39. n. 38. ubi quod im-
dicium ad particularem inquisitionem in hoc
crimine oritur ex testimonio, dicto, & confes-
sione socii criminis, Magi vel Venefica magis
communem dicit.

Tertium indicium sufficiens ad specia-
liter inquirendum oritur ex Fuga, Vide præ-
ter allegatos suprà lit. L. Menoch. lib. 1. præ-
sumt. q. 88. n. 21. Damhoud. in prax. crim.
cap. 10. n. 9. & seq. Minsing. 6. obl. 98. quo
& 16.

specialem inquisit. formare possit. 57

& referri potest quod de mutatione loci & translatione domicilii tradunt Bodin. de Dæmonom. lib. 4. c. 1. post med. vers. secundum caput esto de patria Sagæ. Zanger. tract. de quæst. leu tort. c. 2. n. 204 antè med. verl. mutatio loci. & Godelman. de Mag. & Venef. lib. 3. c. 3. n. 24. & seq. si nimurum aliquis sub ipsum initium cœpta inquisitionis de loco in locū, de pago in pagū migret, contrā eum quidem inquisitio locum habere potest, si tamen ipse antea quoq; de criminе veneficii diffamatus fuerit. Vide etiam Farinac. q. 48. num. 27. & seqq. & conjunge quæ habet Delrio. d. l. 5. lect. 4. §. 26. ubi dicit indicium hoc fallere, si quis migrandi justam causam probet.

Quartum indicium facit unus testis, etiam si sit aliàs inhabilis, per ea quæ dixi lit. N in fin. etenim si sit testis legitimus & exceptio-
ne major, tunc unius testimonium sufficit ad torturam. juxta Farinacium. quæst. crim. 37.
n. 41. ex quo hoc ita optimè explicat Delrio.
d. lib. 5. sect. 3. vers. sed nunc veniamus.

Addunt Dd. ad hæc indicia nonnulla alia, veluti si ille, de quo veneficii quædam suspicio est, naturæ est ex parentibus veneficis; Et

E s s i m

58 Tit. I. Ex quib. indicis iudex
si in articulo mortis quis confessus & desuper
defunctus sit, aliquam mulierem veneficam
esse, vnde habe ihme vergeben. Vnde deniq;, si
quis ad veneficii crimen sibi objectum, taceat,
seq; non defendat: De priore vide Godelman.
de Mag. & Venefic. lib. 3. c. 3. n. 16. Ioh. Bo-
din. de Dæmon. lib. 4. c. 4. post prin. verl.
antè omnia verò si uno aut utroq; paren-
te. & præcipue Nicol. Remigium lib. 2. c. 2. de
dæmonol. ubi per exempla confirmat natum
ex parentibus ob veneficium damnatis, habere
contrà se præsumptionem ejusdem criminis;
Hoc quoq;, inquit, inter alia indubitatum,
certumq; indicium semper habitum est, contra
eos qui sortilegi postulati ac delati sunt, quod
reperiuntur iis editi parentibus, qui illius cri-
minis antefuisse damnati.

Redit ad authores genus,
Stirpemq; primum degener languis
refert.

Hæc Remigius d. c. 2. Verum rectius Delrio.
d. lib. 5. sect. 4. §. 22 hoc indicium inter mi-
nus urgentia & minus certare refert, ubi tamen
concedit, si quis à talibus parentibus ortus, &
ab his e:iam educatus fuerit (quod suspitionem
auget) digni suspicionem ad inquirendum, quā-
do.

specialem inquisit. formare possit. 59
do alias non est bona fama reus: Et si aliud in-
dicium præterea accedit, posse talern torqueri,
maxime quando mater est malefica, & etiam
auia fuit. De secundo & tertio Vide infra de-
cisionem quæst. 13. & 14. & Confer Delr.
d. sect. 4. §. 23. cum quo quidem infrà in d.
quæst. 13. existimo hoc indicium à taciturni-
tate & silentio desumptum leve & incertum
esse, quod indiget adminiculo aliorum, etiam
ad specialem inquisitionem; attamen alterum
illud indicium ortum ex assertione offensi &
fascinati in articulo mortis constituti, majoris
est ponderis, de quo ago latè in d. q. 14. Atq;
hac sufficiunt quoad indicia, quæ viam in-
quisitioni aperiunt, & etiam
capturæ locum fa-
ciunt.

Tl